

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Peccatum ao  
cum fonte primo

Dyabolus  
nulla precedentis peccati uindicta  
superbiens peccauit; ego uisa eius  
pena contempnens ad peccatum  
properaui. Ille in innocencia  
constitutus, ego uero restitutus.

Ille perstitit in malicia Deo reprobante,  
ego uero Deo reuocante.  
Ille uero obduratur ad punientem,  
ego uero ad blandientem.  
Et si uterque contra Deum: ille contra  
non requirentem se, ego uero contra  
morientem pro me.

Ecce cuius ymaginis horrebam  
horrorem, in multis aspicio me  
horribiliorem.

Anselmus libro de casu dyaboli.

Sed ille,  
nulla praecedente delicti uindicta,  
superbiens peccavit; ego, uisa eius  
poena, contempnens ad peccatum  
properaui. Ille semel in innocencia  
constitutus, ego restitutus.  
Ille contra eum qui se fecit,  
ego contra eum qui me fecit et refecit.  
Ille dereliquit deum permittentem,  
ego fugi deum prosequentem.  
Ille perstat in malitia deo reprobante,  
ego in illam cucurri deo reuocante.  
Ille obduratus ad punientem,  
ego obturatus ad blandientem.  
Etsi ambo contra deum: ille contra  
nec requirentem se, ego contra  
morientem pro me.  
O infelix et nimis infelix homuncio,  
si tamen non omnis recessit humanitas,  
ubi tanta malitiae incessit immanitas.  
Ecce, cuius imaginis horrebam  
horrorem, in multis aspicio me  
horribiliorem.

Anselmus Cantuariensis, *Orationes siue meditationes*, 8 (F.S. Schmitt ed., vol.3, p.27, ll.36-45).